

Beiträge zur Kenntniss der Helophoren aus Europa und den angrenzenden Ländern.

Von A. Kuwert in Wernsdorf (Ostpreussen).

(Fortsetzung.)*

27. *Helophorus fallax* n. sp.

Rhopalohelophorus, fere niger, vix aenescens, medium tenens et magnitudine et corporis constructione intra strigifrontem et nanum speciem. Capite vix cuprescente; fronte rugosa vel umbilicato-rugosa; sulco frontali profundo, antrorsum non dilatato, clypeo convexo. Palpis testaceis; ultimi articuli externo dimidio nigerrimo; articulo hoc acuto, in medio dilatato; articulo secundo triangulari brevi; primo tertioque longitudinaliter fere aequalibus longisque. Palpis labialibus totis testaceis brevibus. Prothorace valde elevato convexo, antice vix angustato, vix rotundatis angulis anterioribus, in medio vix rotundato, marginibus fere rectis, nigro, umbilicato-rugoso, in medio fere laevi, aenescens; sulco medio in medio plusminus fortiter exarato; sulcis internis rectis vel paene rectis vixque leniter externe arcuatis; sulcis externis marginibus prothoracis parallelis. Elytris nigris, vix aenescentibus, profunde punctato-sulcato-striatis; interstitiis valde carinatis, alternis interdum magis elevatis. Elytris post medium paullo dilatatis. Pedibus brunneis. Femoribus nigricantibus. Tarsorum ultimo articulo nigro-infusato. Singulis filis, quae tamen saepe desunt, intra articulos tarsorum, et superiore quidem parte, positis, albicantibus, tenuissimis. Corpore subtus albo-tomentoso; coxis nigrobrunneis pedum anteriorum tomentosis, paene discoideis, contingentibus; coxis mediorum pedum distantibus; metasterno intra eas longitudinaliter carinulato.

Differt a nano ampliore corporis magnitudine, prothorace umbilicato-rugoso, fronte utrinque non striola impressa supra sulcum furcatum striolata, latioribus elytrorum carinatis interstitiis; — a strigifronte minore magnitudine corporis, palporum ultimi articuli externo dimidio nigerrimo, palporum medio articulo magis triangulari, minusque elongato, pedibus fere brunneis nec testaceis, femoribus nigricantibus nec testaceis, coxis anterioribus magis discoideis, minus elevatis, prothoracis sulcis externis marginibus semper parallelis, etiam ciliis

*) Siehe pag. 92.

tibiarum tenuibus in omnibus individuis, quae vidi. Haec cilia in strigifronte specie longissima sunt et raro omnia desunt. Long. 2.6 mm.

Baltica, Borussia, Fennia.

Diese in der Mitte zwischen *strigifrons* und *nanus* stehende Art wurde von mir in 11 Stücken im April nach dem Abgange des Schnees in einer Wasserrinne an einem Bergabhange des Pregelufers gefangen und anfänglich für *laticollis* gehalten, bis mir die Thomson'schen Typen von *laticollis* zuzingen. Da sie durch ihre Grösse und die scharfen vorhin angeführten Merkmale sich deutlich von *strigifrons* und *nanus* scheidet, muss dieselbe als neue Art aufgestellt werden. Sie wird oft mit den beiden ihr verwandten Arten verwechselt werden, weshalb ich ihr den warnenden Namen *fallax* zuertheilte. Ein Stück ging mir aus Finnland als *laticollis* zu.

28. *Helophorus incertus* n. sp.

Rhopalohelophorus, boreali similis, sed lateribus prothoracis elytrorumque rectis, parallelis, prothorace transversim quadrato. Capite nigro, metallico; clypeo convexo; fronte umbilicato-rugosa; sulco medio frontali antrorsum valde dilatato. Prothorace transversim quadrato, testaceo, in dorso obscuriore, metallescente, fortiter umbilicato-rugoso; lateribus paene rectis, ante angulos posteriores paullo excisis; sulcis externis marginibus prothoracis parallelis; sulcis internis post medium fere subito, sed haud fortiter externe arcuatis; sulco medio ante medium exarato, antice haud in marginem anteriorem transeunt. Elytris parallelis postice angustato-rotundatis, brunneo testaceis, marginibus externis nigricantibus, communi macula suturali incerta post medium nigricante; profunde punctato-striatis, interstitiis convexis, alternantibus vix paullo magis elevatis; punctis sulcorum magnis valde inter se approximatis, in externis sulcis fere quadratis, in dorso magis rotundatis; elytris multo longioribus, quam duplex est latitudo communis. Corpore subtus nigrotestaceo. Pedibus brunneo-testaceis; ultimo tarsorum anteriorum articulo magno, in apice nigro fortiterque incrassato, longitudine omnium aliorum articulorum; ungulis brunneis in apice nigritulis. Palpis testaceis.

Differt a boreali F. Sahlb. (pallido Gebb.) forma parallela, sulcis prothoracis marginibus ejusdem parallelis, prothorace transversim quadrato, ciliis singulis ex articulis tarsorum natis

et supra articulos ungulasque longitudinaliter procumbentibus.
Long. 3·5 mm.

Lapponia.

Zwei Stücke, vor Jahren von Dr. Sahlberg in Muonio in Lappland gefangen, davon eines im Besitze desselben, das andere im Museum in Helsingfors. Nach Sahlberg's Angabe sind die Thiere anfänglich von Thomson für *lapponicus* erklärt, wofür sie jedoch auch bei flüchtigster Beobachtung nicht gehalten werden können. Ich selbst erklärte sie anfänglich für eine Varietät von *borealis*, da ich annahm, dass der Unterschied der Tarsenbehaarung bei Erbeutung von mehreren Stücken vielleicht sich als unzureichend erweisen dürfte. Da mir trotz seiner ganz verschiedenartigen, äusseren Erscheinung die Artrechte doch nicht für die Zukunft unanfechtbar erscheinen, wählte ich den Namen *incertus*.

29. *Helophorus siculus* n. sp.

Trichohelophorus, Empleurus, rugoso similis, sed concolor, niger vel nigrotestaceus, paullo angustior, major, elytrorum margine in medio magis dilatato, tarsis anteriorum pedum magis pilosis. Capite nigro, leniter rugoso-umbilicata; fronte valde excavata; oculis cum ore rotundatis; linea frontali et linea furcata tenuibus, non sulcatis. Prothorace ante vix angustato, nigro; interstitiis sulcorum toroso-elevatis paullo umbilicato-rugosis; interstitiis mediis post marginem anteriorem valde depresso, in medio latissime externe sinuato-dilatatis, post medium subito angustatis, deinde ad marginem posteriorem breviter externe dilatatis; interstitiis externis post medium, quo in loco media interstitia sunt subito sinuato-dilatata, interruptis; margine anteriore supra oculos maxime sinuato-excisis; marginibus lateralibus fere rectis, ante angulos posteriores parum excisis; prothorace latitudine elytrorum anterioris partis. Elytris nigris vel nigro-testaceis; angulis anterioribus fere acute angulosis; marginibus, si dividas elytra in quatuor longitudinis partes, ab initio fere secundae partis ad initium quartae sensim et fortiter dilatatis, deinde elytris communiter rotundatis; interstitiis alternantibus fortissime, sed non acute carinatis; carinis serie setarum in apice retrocurvatorum ornatis, quae setae multo fortiores et longiores sunt, sed inter se magis distant, quam in specie rugoso; duabus seriebus magnorum punctorum intra carinas. Interstitiis non carinatis, fere coriaceis, non splendentibus ut in

rugoso. Corpore inferne nigro, fortiter sparso-punctato; segmentis abdominis non punctatis, paullo tomentosis, nigris, marginibus autem obscure testaceis. Pedibus totis nigris vel nigro-testaceis. Tarsis anterioribus fere lanuginosis, mediis tarsorum articulis brevissimis. Long. 4—5 mm.

Sicilia.

Diese durch die dunkle Einfarbigkeit des Thieres und die starke Verbreiterung der Flügeldeckenränder, sowie die schmalere Form des Körpers von *rugosus* und *pyrenaeus* deutlich verschiedene Art kennzeichnet sich besonders durch den Mangel an Erzglanz und das beinahe lederartige Aussehen. Es gingen mir 2 Stücke aus Palermo zu.

30. *Helophorus balticus* n. sp.

Rhopalohelophorus, aeneipenni speciei simillimus, sed nigro-testaceus vel nigro-aenescens, major; tibiaram omnium interiore parte serie ciliorum longorum vestita.

Capite nigro, vix aenescente, clypeo convexo, satis subtiliter et angustissime punctato, fronte umbilicato-rugosa, sulco frontali antrorsum saepius non dilatato. Prothorace brevi, nigro, paullo aenescente, umbilicato-rugoso; lateribus ante medium paullo rotundatis, postice paullo angustatis neque excisis; sulco medio haud profundo, aequo, raro in medio paullo profundiore, nec dilatato, nec exarato. Sulcis internis ante marginem prothoracis anteriorem et posteriorem paullo externe flexuosis, in medio externe, sed nec subito, nec fortiter arcuatis. Elytris nigris vel nigro-testaceis, interdum vix, interdum paullo aenescantibus, postice nigro-testaceis, satis fortiter punctato-striatis; punctis angustissime coordinatis; interstitiis aut planis aut paullo convexis; sutura paullo elata; humeris obtusos prothoracis angulos posteriores tantum paullo prominentibus. Elytris post medium dilatatis, post scutellum vix aut non depresso, postice communiter rotundato-angustatis. Palpis maxillaribus testaceis, articulo ultimo brunneo-apicato; articulo primo et ultimo duplo longioribus, quam secundo oblongo-triangulari. Palpis labialibus testaceis, parvis. Pedibus testaceis; femoribus coxisque infuscatis. Tarsorum ultimo articulo brunneo-apicato. Ungulis testaceis. Binis filis longis intra articulos tarsorum, et superiore quidem parte eorum, positis. Interiore parte tibiaram omnium serie ciliorum longorum tenuissimorumque, fere lanuginose, crinita, quae cilia autem plerumque plusminus in vita consumuntur. Etiam in exteriori

tibiarum parte intra setas nonnullis interdum ciliis positis. Corpore subtus paullo tomentoso. Metasterno intra coxas medias carinato. Coxis anterioribus contiguis. Trochanteribus saepe brunneis.

Differt ab aeneipenni Th. sulco frontali saepius antrorsum non dilatato, dilatiore corpore, elytrorum interstitiis angustioribus, coloris unitate magis nigri paulloque aenescentis, praecipue autem, ciliatis tibiis. Differt ab obscuro Rey. Muls. colore fere nigro, paullo aenescente, elytris minus glabratis, sulco frontali antrorsum saepius non dilatato, interstitiis elytrorum angustioribus convexioribusque, punctis striolarum magis coordinatis, palporum ultimo articulo longiore, medio prothoracis sulco in medio nec exarato nec foveolato, ciliatis denique tibiis. Long. 3 mm.

Borussia.

Diese in Ostpreussen nicht seltene Art ist bisher mit *aeneipennis*, *obscurus* und *planicollis* zusammengeworfen worden. Durch die beträchtlichere Grösse, den geringen Metallglanz und besonders die auffallende Bewimperung der Schienen kennzeichnet sie sich als eigene Art, trotz der nahen Verwandtschaft mit den 3 genannten Species. Mit den broncefarbenen, kleinern *planicollis* ist sie überhaupt nicht zu verwechseln. Von *obscurus* lässt sie sich durch die meistens mangelnde Grube der Mittelfurche und die dunkle Färbung trennen. Bei den mir vorliegenden, typischen *aeneipennis* aus Schweden, welche beträchtlich kleiner sind, kann ich die Bewimperung der Schienen nicht finden.

Der Thorax stösst unterhalb — und hierdurch ist das Thier ebenfalls von *obscurus*, *planicollis*- und *aeneipennis* zu unterscheiden — in zwei gegen den Vordertheil des Rumpfes gerichteten nicht starken Bogen, von denen der nahe der Hüfte gelegene, etwas winklig und etwa halb so gross ist, als der mehr dem Aussenrande nahe gelegene, gegen den Mesothorax.

31. *Helophorus mirabilis* Miller

ist nach des angeblichen Autors eigener brieflicher Mittheilung an mich von ihm nie beschrieben worden und beruht wohl auf einem Irrthume. Die Art ist in jedem Falle nicht vorhanden.

(Schluss folgt.)

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Wiener Entomologische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1886

Band/Volume: [5](#)

Autor(en)/Author(s): Kuwert August Ferdinand

Artikel/Article: [Beiträge zur Kenntniss der Helophoren aus Europa und den angrenzenden Ländern. Fortsetzung. 135-139](#)